



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 1. Eosdem plerumq[ue] esse Fatorum & Fortunæ adoratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](#)

## CAPVT. IV.

*Nihil FATO vulgi , aut alicui neceſſi-  
tati stellarum eſſe aſcribendum.*

## §. I.

*Eoſdem plerumq; eſſe Fatorum & Fortune  
adoratores.*

**B**ACULI ſUPRA memorati ineuitabilis felicitas , ſuſpicionem forte alicui poſſet gignere Fati cuiuſdam , cūm Fatis impellentibus adactus vulgo dicatur , qui vtiq; non ſponte , nec raro , ſed velut ineuitabili neceſſitate , nolens volens vel ſemper felix , vel ſemper eſt in felix. Et Ethnicorum prouerbio iactatum eſt , quod fatis decretum eſſet , id uenimi licere euitare. Quam opinio- nem didicit docuitque etiam Homeruſ , cu- ius verſuſ ita verbatim redduntur :

*Post illic , accidet illi ,  
Quod fatum Parcęq; graues in ſtamine nērunt  
Nascentium , cum matris promergeret aluo.*

Et qui arbitrio Fortune , quæ campi domi- na dicitur , aliquid , tanquam Deæ , tribuunt , facile in Fati Fortune cognati errorem inci- dunt , vt cum Næuio , dicant : *Fato Metelli Romaſiunt Consules* ; aut vt , cum Priamo , Fatis aſcribant , quod , Helenæ eſſet impu- tan-

Homer.  
Odyſſa.  
H

tardum, aut, cum Creonte, pronuncient,  
*Fato non repugnandum*: aut cum alio nescio  
quo, dicant: *Fata viam inuenient*: aut, cum  
Poëtis, tres Parcas esse credant, quas Cice-  
ro Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & eas-  
dem Fata esse existimat; Hesiodus nascenti-  
bus hominibus bonum malumque conferre  
censet. Vnde est illud Cleantis:

*Ducunt volentem Fata, nolentem trahunt.*  
& istud Maronis:

*Concordes stabili Fatorum numine Parca.*  
Madaurensis Philosophus has ita describit.  
*Tres Parcae, tria Fata sunt numero, cum ra-*  
*tione temporis facientia, si potestatem earum ad*  
*eiusdem similitudinem temporis referas. Nam,*  
*quod in fusa perfectū est, præteriti temporis ha-*  
*bet speciem. Et quod torquetur in digitis, mo-*  
*menti præsentis indicat spacia. Et quod nondum*  
*ex colo tractum est, subactūmg, curā digitorum,*  
*futuri & consequentis seculi posteriora videtur*  
*ostendere. Nomina Parcarum sunt Clotho,*  
*Lachesis, Atropos, quarum prima colum*  
*tenet; altera net; tertia filum diffringit.*  
Ab hoc filo vita pendet. Hæ textrices anus  
omnia negotia mortaliū dispensant, apud  
istos, infallibili quadam necessitate. Huic  
laqueum torquent, illi nent diadema. Ac-  
tum

Cic. I. 3:  
de Nat.  
Deor.

Virgil. 4:  
Eclog,